

A qui vallem Josaphat incolebant, continuis precibus, & hortatu patriarchæ Hierosolymitani, istorum se congregationi adjunxit. Isthinc iterum avocatus, Abbas constitutus est monasterii Palmatæ, non procul à Tiberiade. Inde rursus exemptus à Fulconis regis conjugæ, Hierosolymam petit: ubi cum annos paucos delitasset, ad priorem sedem hortatu Nazareni Archiepiscopi revertitur. Ab eo tempore, quo primùm factus est eremita, carne, vino, ovibus & caseo penitus abstinent. Quotidie, Dominicis & festis diebus exceptis, jejunavit. Legumina semicruda sine pane sumpsit. Piscibus verò uti solitus. Vestitus sordidus. Lectioni assidue intentus. Inter suos se neque Abbatem, neque Priorem nominari passus est. In Gallias adhuc degens, Hispaniam ingredi statuit, ut Saracenis ibidem fidem Christianam prædicaret. Suis auctor fuit, ut secum Ascalonem iter facerent, & se se captivos statuerent, ut totidem numero Christianos captivitate liberarent. Sed sociorum dehortantium consiliis acquievit. Pecuniam oblatam respuit. Seipsum solitus est flagellare, ut profusus lachrymis diu lugeret, si quando hallucinaretur etiam in re vilissima. Vigiliis nocturnis tantopere se se afflixit, ut ad mensam sedens obdormisceret sæpe, & panis bucella orti ingesta rursus excideret. Habitum & mores monachorum Cisterciensium unice adamavit, ita ut suorum unum mitteret Hierosolymam in Gallias pro adducendo ejus Ordinis monacho, ex quo omnia, quæ ad eam religionem pertinerent, addicere posset. Eamque etiam ob causam suam in Tiberiadem cœnobio monachis hortator fuit, ut tali cucullo uterentur. Quod tamen illis persuadere non potuit, quia locus ille ad Jordanem supra modum calidus ejusmodi habitum respuit. De ambitione solitus est dicere, omnia vitia divino auxilio superari posse, unicum hoc illis sese insinuate, qui sanctius præ aliis vivere studerent, & ita quidem ut vix deprehendi possit. Egenis liberaliter dedit, ita ut sinistra manus nesciret, quid faceret dextra. Anno 1140. obiit, hæc secum subinde meditans: Terribilis Deus in consiliis super filios hominum. Item: Nescit homo, an amore vel odio dignus sit. *Gerardus à Nazareth in vita ejus.*

Joanni, Anglorum Regi, à Pontifice Innocentio sacris interdictionum fuerat, & subditi omnes ab illius obedientia absoluti, an. 1212. Philippus Gallorum Rex magnam classem ad invadendum Angliæ regnum Pontificis in iuncta comparaverat. Eremita quidam Petrus Eboracensis, dum Joannes adversus afflictabatur rebus, circa Calendas Januariæ, prædixit fore, ut ille ad diem, qui Ascensionis Christi faceret, de regno egeretur, nec recularum se ulterò mortem subire, si vaticinatio caret eventum. In custodiam conjectus, cum advenisset dies dictus, à Joanne crudeliter cum filio, licet innocente, laqueo suspensus fuit. *Polyd. l. 15. Decad. 2.*

Magnus quondam in campis, quos Hungari à canctorum nomine Racos appellant, nemus fuisse ajunt, ab uno tantum eremita habitatum, cui Vacio nomen erat. Hic humana vitæ miseriam abominatus, in solitudinem se receperat. Geis victoria contra Salomonem potitus, locatam ibi cum basilica civitatem ab eo Vaciam nominavit. *Bonfin. l. 3. Decad. 2.*

Nicolaus eremita Undervaldensis, uxore relicta, ex qua natus quinque, filias totidem susceperat, in solitudinem se contulit, & in ea unum & xx. an. absque cibo & potu vixit, Angelo quàm homini similior. Vitæ sanctimonia insignis, de reconditis factorum mysteriis multum disputabat. Cum tamen nullum unquam ea in re studium posuisset, & planè illiteratus esset. Lætus semper conspiciabatur, ad penitentiam omnes Helvetios, ad concordiam in primis, deinde ad *idoneos*, utque externorum principum fœdera vitarent, hortabatur. Die festo suos in templo Saxlenfi conveniebat, eoque non modo voce, sed & exemplo ad pietatem accendebat. Inter præces quotidianas hæc formula ceu epiphonemata solebat uti: *Herrum mich mît, und gib mich dir.* Illudque liberè protestabatur, longè gratus sibi fuisse, quòd divino auxilio charissimam uxorem relinquere, quàm quòd cibo & potu omni abstinere potuerit. Oculi ejus grato quodam, eodemque terribili splendore fulgebant. Artéria & vena jugulares inter loquendum ita intumescabant, ut spiritus non sanguine repletæ viderentur. Anno tandem 1502. vixit. Exempli placidissimè expiravit. Cujus monitis etiam Helvetii parentent, vitæque sanctimoniam emularentur. Ejus vitam alius quidam imitatus, consilium à Nicolao adhuc vivente petiit, quanam ratione etiam ipse eas abstinere dotes assequi posset. Ceterum Nicolaus hominem serio admonuit, non humano, sed divino insti-

tuto hæc fieri: neque Dei dona omnibus ex æquo distribuenda. Hortari igitur, ut forte sua contentus, suæ professioni incederet, non stulta emulatione talentum suum desideret. Is verò consilio pii viri spreto, eremiticam vitam nihilominus sequebatur. Tandem cum in varia vasa, quibus more Helveticæ vini honoratum peregrinis confecti solet, impurissimus homo ventrem exonerasset, in vincula conjectus, bonisque multatus, ad seculari vitam rediit. *Stumpfius.*

*Mahometani.*

TEHELLES Harduellis discipulus, post præceptoris mortem in Antauro monte eremiticam vitam secutus, tanquam Deus à pastoribus cultus, Imaeli Sopho ad Persarum regnum alimento fuit maximo, circa an. Sal. 1498. 100.

Mulieres.

Maria Magdalena omnia peccata sibi dimissa esse, jam pridem audivit: optimam partem que non auferretur ab ea, Domino attestante, se elegisse cognoverat: resurgente Dominum prima videre meruerat, pro amore illius omnia contempserat. Deinde apud Massiliam Galliarum urbem inanius Deorum simulacra, Christi prædicatione jam profstraverat, salutiferæque crucis vexillum exerebat: necdum tamen se fecisse satis putavit, donec solitudinis angustias carnem suam aliquando delicti ream non macerasset, afflixissetque. Annos itaque xxx. nulli hominum vita, nulli cognita, vixit in deserto, non humano cibo, sed angelicis fomentis assidue sustentata. Die verò obitus sui imminente, sacram communionem de manu Maximini Episcopi accepit. *Marul. l. 1. c. 9. & Sab. l. 2. c. 2.*

Maria Ægyptiaca, in Ægypto parentibus Christianis nata, actu libidinum concita, Alexandriam veluti ad mercatum iverat: & cum corpus suum vulgare, vivens mortua erat. Cum Alexandria Hierosolymam venisset (sub Valentiano & Valente Impm.) non potuit templum Deingredi, vique invisibili inhibita substitit in limine. Miratur, stupet, & pedem in via refert. Ubi recognovit facta aditu se indignam, quòd prophans vitæ obsecrationibus esset polluta, transtæcæ eratis penitentiæ graviter angustiam cepit, & lachrymas effudit, decernens sibi turpidi finem imponere, ubi Dei erga se indignationem ceperat. G

periri. Rursumque tentato ingressu, ibique abique impedimento introivit. Mox ante crucem Domini suppliciter prostrata, tamdiu flere non destitit, donec ad divit, si salutis suæ consultum vellet, Jordanem transiret. Transmissio ergo Jordanæ, desertum penetravit, jam aliam vitam, alioque mores sequens, quàm quos ad eam usque diem non deservierat. Jam primum caput illud, quod sæpe margaritis & auro ornaverat, cœli obijcit injuriæ, nullo tecto contenta: crines, quos frequenter calamistrò intortos crispaverat, cum descenderet, pedibus conculcandis projecit. Faciem quam pluries cerussa & purpuris fovebatur, lachrymis rigavit, & Solis excoxit ardoribus. Pectus quod faciolis papillarum tumorem cohærentibus astringere consueverat, pugnis diverberavit. Totum denique corpus, quod prius omni voluptatum genere distulserat, extenuavit jejuniis, vixit vigiliis, fatigavit laboribus, sollicitavit assiduitate orationum, devenustavit nuditate, oppressit inopia. Sæpenitus immutatam post xl. conversionis suæ annum Zolimas Abbas (dum forte per desertum illud solus incederet) vidit, deprehenditque orantem procul à terra sublevari, trans flumen eantem super aquas sicce vestigiis ambulare. *Marul. H. l. 1. c. 3. & Sab. l. 2. c. 2.*

SARA mulier, imperante Theodosio seniore, daravit ad ripam cujusdam fluminis annos lx.

Sylvia virgo, filia Ruffini, præfecti Alexandria, an. 50. absolvit in solitudine, quo tempore nullam corporis partem lavit, præter digitos. Non in lecto jacuit, sed humi tantum. *Kavissius.*

QUOMODO. UBI.

Ex præcedentibus exempla accommodantur.

DEPOSITIO, MUTATIO.

Ex Eremitis facti

PONTIFICES.

COELESTINUS III. ex eremita Pontifex factus, austeritatem vitæ non mutavit. Ceterum cum experientia rerum caretet parum

EXEMPLA VARIA.

A parium utilis Reip. judicatus est, ceptumque est de cessione ita dicitur. Quod cum Carolus Rex Neapol. audisset, Pontificem amantissimum Neapolim duxit, multique modis conatus est animum ejus à cessione avertere, adeo ut solemnè pompa per Archiepiscopum ducta, clerus & populus benedictionem à Pontifice petierit, illique se commendavit, rogando, ne benè gubernatam Ecclesiam suo regimine destitueret. Quibus Pontifex benedictione data, responderi jussit, Futurum in re, quod Deus pro salute populi disponere dignaretur. Benedictus autem Cardin. Cajetanus, juris scientia peritissimus, multis canonibus ostendit Pontifici, quòd graviter peccaret, si se insufficientem cernens ad obediendum pontificatum, non alteri cederet: constitutionemque promulgari obtinuit, per quam declaratum est, licere Pontifici Rom. dignitatem dimittere; & paulò post sexto mense sui pontificatus Coelestini papatu se abdicavit, Cardinalibusque alterius subrogandi arbitrium permisit. Electus est autem Benedictus ipse Cajetanus, Bonif. IX. appellatus. Qui accipiens, Petrum Moroneum ad eremum anhelantem Neapoli clandestinè recessisse, illum ex via retractum, in custodia jussit haberi, veritus, ne pop. eum sequerentur: & Romam petens, in arce Campaniæ Fumonis deductum arcta custodia conclusit, in qua petiit. *Blondus l. 9. Dec. 2.*

EPISCOPI.

Ex Tit. Episcoporum huc quadam.

ARCHIEPISCOPUS quidam, qui ad an. 37. in Anachoretarum ordine vixerat, in Panepistum raptus est ab Ecclesia ad Episcopatum. *Cassian. in Collation.*

DOCTORES.

APOLLONIUS ab anno 15. usque ad 40. in solitudine Thebaidis versatus, tandem ad homines rediit: philosophiam docuit, & miraculis clarus fuit per orationes. *Socin. l. 4. cap. 15.*

NEOTUS Adolphus, cum in Glasconensi cœnobio Angliæ aliquandiu Monachum esset, cum præceptore suo & libris in Cornubiæ solitudinem recessisset, ibique ad septennium factis literis operam navavit: atque inde reverfus, passim doctrinam Evangelii populo prædicavit. Carus fuit Alfreddo Anglorum Regi, eique hortator & auctor, ut Oxoniensem scholam institueret, an. Dom. 873. proposita mercede omnibus, qui illic bonas artes proficerent. Mortuus est ann. Domini. 883. & sepultus Einesburniæ. *Balesius Centur. 2. cap. 23.*

PATROCIIUS Bituricensis, ex ovium pastore studia sectari cepit. Inde ab Arcadio Bituricensi Episcopo diaconus factus, miraculis clarè crepuit. Abiit postea in eremum, juxta vicum Nercessem scholam aperuit, in qua pueros erudiendos susceperit. *Greg. l. 5. c. 10.*

MILITES.

Petrus Ambianensis eremita, auctor expeditionis Hierosolymitanæ. *Idem. Tit. Expeditiones sacre Christian.*

ANAGRAMMA. ANAGRAMMATISMUS.

QUID SINT.

ANAGRAMMATA dicuntur Græcis voces quædam, collectæ ex nomine, aut symbolo alicujus per transpositionem syllabarum, aut literarum, sic ut nulgatum ulla aut redundet, aut deficiat: quòd autem clariora sunt & minus contorta, vel persone cui aptantur, conveniunt, eò gratiora, & magis ingeniosa.

Hoc interim evidens esse debet, quòd invita Minerva depromi nullatenus valeant, quo fit, ut raro inveniantur ab iis qui obstituto ingenio sunt: nam & alacritatem requirunt, & acumen.

Gallis familiaris eorum est usus, plusquam aliis nationibus ut quorum idioma corollis & magis flexile, & allusionibus ac transpositionibus accommodatum. Latini tamen Poetæ etiam hæc methodo delectantur, ut perlique in ea prompti & felices. Vide quæ de illis à nobis dicta sunt in fine *Loei de Poesi, Titul. Chronologici, Anagrammatici, &c.*

L. B. Theat. vit. Human. Tom. I.

Hujus acuminis exempla, cum vetera, tum nova, recensimus, è quibus etiam anagrammatum varietas innotescit. Quædam enim ingenium ac facinora præclara experimunt illorum, quorum sunt anagrammata: v. g. Balduvinus Flandriæ Comes. *En dubia fortuna, nullis cedas.*

Petrus Antifiodorensis Comes. *En divo in casu mortis sper est.*

Joannes Palæologus Secundus. *Igneo oculo plenus suades sana. Cumulus agros.*

Carolus Magnus. *Hic vire strenuus.*

Henricus Tertius. *Hic trix ense suis.*

Henricus Sextus. *Defendis cursu, curis.*

Fridericus Secundus. *Vinctus surge, urge rei habebis.*

Guntherus Scivartseburgensis. *Supplantat jus jure.*

Rupertus Palatinus. *Plus vales Musis.*

Paulus Melissus. *Musis ego sacror.*

Cosmas Rocerius. *Vir sua laude dignus.*

Claudius Guerinus. *Reperiuntur quoque anagrammatismi in Reges Ifacitibus hujus generis, apud Majol. in Dieb. Canicul. è quibus pauca hæc.*

Salomon Rex Judæ. *De noxa levis amor.*

Abia Rex Judæus. *Andax jube seris.*

Achas Rex Judaicus. *Hic audax, acer suis.*

Manassés Rex Judaicus. *Securas animas deduxi.*

Sunt & alterius acuminis anagrammata, quæ nomen dumtaxat, non titulum aut cognomen transponunt: quælia sunt:

Lucianus Calvinius. Neque id malè, cum & mores conveniant.

Albertus. *Ter albus.*

Henricus. *Hinc vir es.*

Robertus. *Ter orbis.*

Emanuel. *Lexamen.*

Arnolfus. *Flans rus.*

Rodulfus I. *Fidus olor.*

Ferdinandus I. *Duvans in Fide.*

Venceslaus. *Vanus eluces.*

Sigifmundus. *Musis dignus.*

Elisabetha. *I; Tela habes. vel, Abies lava. En, Odi malum.*

Quædam denique encomiastica sunt, quibus laus & nomen celebratur eorum, qui anagrammatismo decorantur. Suntque in frequenti usu passim obvia. Existimationem & famam merentur, quæ clara & succincta, & de laudatis personis servato decore construuntur. Unde hic delectu aliquo est opus. Dabimus pauca ex multis, quia copia inopia parit.

Otho Secundus. *Tu Decus, Honos.*

Conradus Tertius. *Ductor eris sanus.*

Maximilianus Secundus. *Dux celsi Numinis à Musis.*

Carolus Quintus. *Qui clarus novis.*

Rudolphus II. Imp. Romanus. *Reitor humanis, mundo sal parus, Deis par.*

Saul Rex. *Lux eras.*

Ernestus Austrius. *Tu nervus es astris.*

Serenissimus Albertus Archidux Austriacæ, Felicitæ Belgio Præsit. *O Irenarcha clarissime, caris diu superis Belgis, felix & virtute beatus.*

Serenissima Isabella Clara Eugenia Austriaca Præsit Fausta Belgicæ. *Euge Iaspis, Isanna Iani, & clara maris stella, sacres Belgicæ vere beatas.*

Rurfus. Albertus Isabella. *Bella alis uberatas.*

Iterum. Elisabetha Clara Eugenia Austriaca. *Beata Regina nova es sacra celi alii.*

Item. Albertus Austriacus. *Virtus clara subest.*

Item. Albertus & Isabella Austriaci Conjuges. *Aurea Saurini Belgis cito secula Labi.*

Iterum. Albertus Austrius. *Tu rebus salutaris.*

Joannes Gevaertus. *Arte nova vigens es.*

Ignatius de Lojola. *O Ignis illatus à Deo!*

Abrahamus Ortellus Antverpianus. *Infulas*

Vrbes, Arte ornans, vobis tempus. Alludit ad Symboli Abr. Ortellii. *Convenno & orno; Sphæra adscriptum,*

Justus Lipsius. *Pius filii usus.*

M. Antonius Muretus. *Sunt univo Musarum artes.*

Gregorius XIV. *Murus custodiæ que gregis.*

D d 2. Inlu-



A Insuper vota, & eventus, ac praefagia nonnunquam Anagrammate exprimuntur: uti in istis quae subijcimus.
Carolus Cralius Lasso succurvas.
Conradus Primus Sim purus candor.
Henricus Secundus Hunc dissernes usu.
Henricus Quartus Quis hunc vres?
Fredericus Barbatossa Ardes, si robur fabricas.
Vvillhelmus Comes Batavus. Vacuus bea multos humiles.

Vide supra Anagrammata Alberti & Isabelle, Principum Belgarum.

Anathema.

Vide Excommunicatio.

DEFINITIO ET ETYMOLOGIA.

Item.

QUOTUPLEX OLIM IN VETERI POPULO.

A NATHEMA ab anathema, id est, scorsim ponens, est res, quae cum executione separatur, abicitur, & destinatur ad extremum exitum. Hinc ubi dicitur in lib. Numeror. c. 21. nu. 2. At ista voto se obstrinxerat Domino, dicens: Si tradideris populum istum in manu mea, delebo eos: habent Hebraei, Succidam, & anathematizabo eos: quod erat votum chrem, de quo alias; quod & horma dicitur. Distert autem ab Anathemate, quod tertiam syllabam producit, & significat donarium Dii dicatum, & in sublimi repositum.

Fuit autem triplex Anathema apud Iudaeos. Primum, quo tam homines, quam pecora, & omnia quae erant in urbe, consumebantur, nihilque manebat in usum populi, aut templi. Et tunc, jubente Deo, fiebat in uribus apostatarum. Dent. c. 13.

C Secundum, quo homines cum pecoribus & suppellectile interibant, reservato auro, argento, & aere, ad opuslanduarii: tale horma fuit Jericho. Ios. c. 6.

Tertium, quo soli homines occidebantur, pecora & suppellex cedebat victoribus Hebraeis: quale fuit urbs Hay. Ios. c. 8. Ita testatur Abulens. in lib. Num. c. 21.

QUI ILLIUS USUS SAECULI POSTERIORIBUS.

Anathematis usus apud Christianos, alius est apud Ecclesiasticos, alius apud Principes saeculares. Hi enim Civitates rebelles, & subditos cuiuscumque ordinis, dummodo iustus eorum legibus parere detrectaverint, & seditionem concitent, aut arma in eos sumserint, anathemate ferire solent, eorum bona & possessiones publicas faciendo, & primum occupanti, eadem consignando, ac dignitatibus omnibus & honoribus spoliando, quin & vitam eorum passim exponendo sine noxa. Quo anathemate usus aliquando fuit Philippus II. Hisp. Rex adversus Gulielmum Orangiae Principem, Mauricii patrem, ob faedas rebelliones, & seditiones in Belgio excitatas: quo factum, ut bona ipsius fisco addita, ipse etiam aliquoties impetratus, tandem in urbe Delphensi improvise sclopeto traheretur.

Frequentissimus autem illius usus est in Imp. Romano, si ve occidentali, quod modo Germaniam dicimus: ut nempe denuntiatur in anathema incidisse, qui Imperio se opponunt, cuius aliqui legibus obstrangebantur. Ita nuper Civitas Aquifranensis, quae Imperialis est, ob varias insolentias, & despectum Imp. Matthiae Majestatem, crebraque rebelliones, hoc banno (ita communiter vocant) innotata, in potestatem Alberti Babantiae Ducis devenit, amissis quae haecenus possederat, privilegiorum indultis. Pridem Ferdinandus II. Imper. anathema denuntiavit adversus Fredericum V. Comitum Palatinum, quod summa perfidia (Calvinisticae sectae propria virtute) coronam Regni Bohemiae, a rebellibus quibusdam sibi per summam injuriam oblatam, praesumpserit juvenili suo capiti aptare. Quo factum, ut gravissimo bello exorto, & Praga quam occupabat, per Ferdinandum recepta, atque illius exercitu profugata, in turpem fugam actus fuerit: ipsiusque etiam Palatinatum, haereditarium sibi possessionem, ab externo milite possideri videat, ipse interum omnibus & honoribus, &

bonis exutus, ac profugus, apud rebelles Batavos delirescat. E Denuntiatio haec magna cum solemnitate facta est Vienna in Austria, an. 1630. Consule Tit. de Ambitione. Apud Ecclesiasticos, Anathematis effectus est, ut qui eo innodatur, arceatur a communione sacrorum, & consortio hominum. Qua de re in particulari dicitur sub Tit. de communicatione: modo dumtaxat pauca exempla eorum dabimus, qui hoc gladio percussit, cur, & a quibus.

BABYLAS Episc. Antiochiae XII. Imp. Decium ad Antiochenam Ecclesiam venientem repulit, quia perfidie hostes quosdam praeter datum jurandum interfici curarat, & puerum regium obsidem crudeliter maceravit. Imp. ergo id indignè ferens, Babylam vinciri & interfici curavit. Chrysost. & Euseb. lib. Eccl. hist.

Ignatius Patriarcha Constantinopolitanus. Michaelis Imper. filius, petrus in exilium ire sustinuit, quam ut Bardam (Eg. l. 3. c. 6. Varadam vocat) alterius Michaelis Amori Imp. paritum, anathemate solveret, quo eum innodarat, quod dimissa conjugio, quam habebat, in ejus locum nurum duxisset. Fulg. l. 1. c. 7.

Sacerdotes Constantinopolitani, Nicephoro Phocae Imper. & sententis & suspensione a caena sacra restituerunt, cum peteret, milites inter martyres recipi & coli. Zonar. Tom. 3. Hist.

Vigilius I. Pontifex a Justiniano Imp. atque Theodora Augusta ejus conjuge monitus, ut Anthemium Eutychanum ab Agapeto Sylvioque Pontificibus proscriptum, Christianorum communioni restitueret: minime Sylvii christo territus est (qui, quod eam rem agere noluerat, in exilium pulsus mortem obierat) sed id se facturum constantem negavit. Quamobrem Justiniani iussu captus, cum Romae in aede S. Caeciliae sacrificaret, in Tyberi parva cymba impositus, insana cum plebe subitibus faxisque exagitante, Constantinopolim perducus est. Tentare tunc Theodora Vigilius, ut quod pollicitus erat, adhuc Diacomus exisset, praestaret. Cui ille, male se quodvis supplicium patrispondit, quam sententiam mutare. Et cum illa minis inflaret, ad Diocletianum se non ad Justinianum venisse dicens, ita cæsus est, ut parum absterit, quin tum occideretur. Fugiens itaque in templum S. Euphemiae, quod haud procul aberat, inde a grassatoribus, injecto in collum venenatum nam latro per totam urbem usque ad vesperam trahitur. Mox carceri in clausis, pane, & aqua tantummodo ali-quandiu vitam duxit, ita patienter & aequo animo, ut semper diceret, se etiam peiora mererit, si digna pro peccatis poena interrogaretur. Blondus. l. 7. Dec. 1. & Platina.

Atficio Ecclesiae Constantinopolitanae post ejectionem Chrysolostomum gubernationem adepti, communicare noluerunt plurimi: in quibus & feminae erant, quarum vel praecipua fuit Olympias, quae ne praefecti quidem minis vel multis cogi potuit. Sozom. l. 8. c. 23. Plato praecipit, & reliqui Monachi monasterii Seditionis, non communicantur cum Tarasio Episc. Constantinopolis, quod Constantinum Imp. adulterum admisisset ad Eucharistiam. Zonar. Tom. 3. P. Diacon. l. 23. ver. Rom.

Anatomia. Anatomici.

DEFINITIO ET ETYMOLOGIA.

Anatomia, humani corporis per sectionem investigatio, non tam Medici, quam Physiologi propria est. Posteaquam vero Physiologi eam negligenter tractaverunt, quod nihil inde lueri sola cognitione excepta, plurimum invidia & infamia percipiunt: Medici eam ad se rapuerunt, summaque diligentia excollunt, cum sine accurata ejus notitia nihil laude dignum praestare possent. Est autem vox Graeca, ab anathema, quod est incidere, dissecare. Unde anathema appellatur membrorum incisionem. Eam vero artem Physiici jure attribuerunt: t quorum thesaurus mutatur Medici ea, quae ad artem suam consequendum facere possunt videntur.

ANATOMICI PERITI.

HEROPHILUS, Chalcedonensis, & Erasistratus, nocentes homines a regibus sine carcere acceptos, vivos incidere, consideraveruntque etiam spiritu remanente ea, quae natura antea clausulae. Cel. 1. de Re medica. Terr. Com. de anima scribit.

Hic-

A Herophilum, ut hominem cognosceret, septingenta cada-vera secuit.

GLAUCIAS in cognoscenda cadaverum natura diligentissimus. Plin. & Cel. c. 29. l. 16.

GALENUS Pergamenus, naturae miraculum, ab inferis quodammodo dissecandum, corporum scientiam revocavit. Cui cum nec diligentia, nec ingenium in scrutando defuerit, occasione tamen humanorum cadaverum destitutus (licet ab enim ea etate multum cum laude viventes homines occideret: Medicis cadaver citra ignominiam fecare non licebat) dum firmiter exemplo humani corporis structuram describit, in multis impigisse deprehenditur. Homines ipsi-um non dissecuisse, quae verò in humano corpore observavit, ea vel a simis transfuisse, vel in abscissis quibusdam aut chirurgicis operibus vidisse, ex libris de Venarum arteriarumque dissectione, c. 7. apparet. Gessner. in ejus vita.

GABRIEL Fallopius Morinensis, Chirurgiae professor Patavinus, in docendo judo huc et illic in medendo felicis. In secando expeditissimus, cuius nos dissectiones aliquot Patavii spectavimus, more jam inde a Vesalio inducto, pro- vationem & administrationem anatomicam simul obit. E Tabulis autem, sive Schematibus, quos ad hoc ipsum concinnarat, docebat. Vesalium nunquam non sine praestatione honoris mentionem faciebat, parentem & restitorem rei anatomicae, divinum quinetiam hominem appellans, e cuius fontibus suos caeteri rivulos deduxissent. Dissenebat ab illo in multis, magnique momenti, sed philosophia metho- dica. Id quod ex illius scripto, quo etrapoza sua tuetur, intelligere licet.

FELIX Platerus, Basiliensium Polliater, Tabulis anatomicis suis de studiosis, dissectionem methodica docendi ratio- ne tam praeclearè meritus est, meo quidem iudicio, quam ullus alius eorum, qui diu dicitur hanc naturalis philosophiae partem fere veteres seu recentiores fuit persecuti.

ANDREAS Vesalius patria Bruxellensis, vir actingenio, in celeberrimo Patavii gymnasio medicinae Chirurgicae profes- sor, Anatomiam diu collapsam restituit, eamque cum ibidem, tum Bononiae publicè fuit professus. Deinde ne tam utile constitutionis humani corporis opus maneret tenebris oblitum, universam illius fabricam tabulis & com- mentariis illustravit, ac posteris suspiciendam reliquit. Ob nominis celebritatem, artisque praestantiam, Caroli V. Caesaris factus Archiater, quum Palestine visenda studio tum religionis, tum naturae mysteriorum cognoscendorum causa, Zacynthum navigaret, morbo exitiali correptus, obit an. 1563. In cuius laudem ita cecinit B. Arius Montan. Corporis humani qui membra minuta secaret, Vesalio nullus doctior existeret: Hic Medicis auxit, pectoribus auxit & artem: Dum subit internas, quae latere, vias.

ANATOMIAE EXERCITIA.

Ex quo Andreas Vesalius (qui in suo Commentario de hu- mani corporis fabrica affirmat, veteres in hac arte etiam pueros instruere solitos fuisse) Anatomiam illustravit, coe- pere medicorum ingenia magis ac magis in ea pervestiganda desudare. Et quidem in celeberrima Patavina Academia, uti & Bononiae, loca quaedam, sive mavis theatra, publi- co Reip. aere excitata sunt, in quibus vartiorum hominum ossa, tum companda, cum dissoluta, animalium etiam ca- daverum canibus & interfinis viduata, quod adhibita calce vi- da, dum eadem cadavera decoquuntur, praefatur, aliaque quae corporum fabricam sustinent, spectanda suspenduntur: & cum Galeni aliorumque scriptorum libris collata, velut ad oculum medicum studiosis exponuntur. Ut in musculorum, cartilagineum, venarum, ac nobiliorum partium, quibus vita sustentatur, & ex his motum, progressum, & defectum qui in humano corpore evenire vartus de causis solent, explo- rata habeant, tanquam quae ad medicinam indagationem con- ferant vel plurimum. Ipsi etiam Professores Chirurgicae artis per occasionem quatuordecim, aut quando demum commodè ha- berit potest, hominis, ac subinde Simiae, Porci, vel alterius animalis cadaver fecant, & incidunt, ac universam corpo- ris compaginem, membrorum partiumque situm, ordinem, in- fluxum, & subalternas functiones, digito, harum rerum stu- diosis, magno spectantium fructu & voluptate, ostendunt. Corpus vero adhibet publicae huius sectioni, quod in suo se- xu haberi potest temperatissimum, & etatis mediae, ut ex illo alia conseri valeant. In privatis autem sectionibus qualibet adhibentur, ut ita corporum differentiam, veramque mor- borum naturam & causas studiosi assequantur.

L. B. T. theat. vit. Human. Tom. I.

Similem Anatomiam & Theatrum satis celebre, etiam E Lugduni Batavorum suo aere Ord. Hollandiae excitarunt. Ibi etiam nonnunquam exercitationes sunt Anatomicae, & cadaverum sectiones ac incisiones, ad normam Aca- demiae Patavinae.

Eriam abhinc paucis annis Antverpiae in hunc finem locus deputatus per Magistrum, & theatrum in eo erigi, ac va- rias cadaverum scheletis, ossibusque carne nudatis exornatis cepit, promovente hanc rem Reip. utilissimam, Clariss. V. Lazaro Marques Medicinae Doctore expertissimo, qui jam tertio publicam humani cadaveris, ex iis qui supplicii affecti, incisionem fecit, partiumque corporis nexum, dif- ferentiam, ordinem, morboque in iis obvientes, uni- versamque hominis fabricam, qua cute, ossibus, venis, nervis, aliisque membris compingitur, eruditè & solide, coram medicorum, qui eadem in urbe excellentes, colle- gio, ac varia spectantium corona exhibuit, propriam cu- jusque nomenclaturam, & facultates, functionesque velut digito demonstrando: inusitata certè, & quae antea apud Belgas cognita non fuit, agendi methodo & facilitate.

Quod Romae legitur in hospitali S. Mariae de Consolatio- ne, huic titulo opportunè subjiciendum videtur.

SCHAELETO VVIATORI.

Carnibus ossa suis cur sint haec, forte requiris. Juncta tamen iusto corporis ossa sunt. Sic mandata dedi vivens ANTONIA quondam. Et moriens eadem iussu suprema dedi. Ut SCHAELETO fierem Medici quo discere possent. Quanta forent, quot, quo, qualibet affaloco. Quod iussu fecit Gubertus gratia magna. Hinc maneat, satis est lux mihi perpetua.

Quere Cerramina Artium, s. Physiologiae, Physices certamina.

Ancilla.

DEFINITIO ET ETYMOLOGIA.

A NCILLA a ἄνωγειν Graece, servam significat, & putat Festus nomen deductum ab Anco Martio, quod is in bello magnum foeminarum numerum cepisset, quos servituti ad- dicebat. Alii sic dici autumant à verbo praeco Anculare, quod significat ministrare.

ANCILLA E.

Scriptis celeberrimos, Fideles, Prudentes, &c. AGAR Aegyptia, ancilla Abrahæ (à cuius nomine Aga- reni dicti sunt, qui & Saraceni à Sara ejusdem Abrahæ uxore nominantur) à Sara viro suo cupiditate prolis subiecta. Gen. 16. & Ios. l. 1. Antiq.

ZILPA, Lic ancilla à patre Laban data, cum Jacob ma- trimonio jungeretur. Sicut Bala Racheli forori. Utraque Jacob fuit supposita. Gen. 19.

ELOS ancilla Athamantis, à cuius nomine dicta est urbs Archiae, Elos.

TECMESSA, Ajacis Telamonii. Horatius: Movit Ajacem Telamone natum Forma captivæ dominum Tecmessæ.

GALANTIS ancilla Alcmenæ matris Herculis. Ovid. lib. 6. Metamorph.

Vna ministrarum media de plebe Galantis Flava comes aderat, faciendis strenua iussis. Plin. l. 36. c. 27. Ocriffam Tanaquilis Romanae regine an- cillam facit.

CYBALE ancilla pauperis Simili, cuius paupertatem Virg. describit in Moreto.

GYGE ancilla Parysatis reginae Persarum, matris Cyri, cuius veneficio Satyra nurus sublata est. Plur.

Thressa genere, Thaletis Milefisi ancilla, in soveam col- lapsam irrussisse dicitur, quod caelestia scire cuperet, quum ne prospicere quidem posset, quae ante pedes essent. Theod. Cyrenensis.

Herodotus in Euterpe Rhodopem Thraciam ancillam fuisse ait Jadamonis Samii, meretricem insignem.

Cum Roma à Livio Posthumio Fidenatum dictatore de novo infestaretur, petente, amicitiae redintegrandae praerex- tu magnum virginum & viduarum numerum in castra mirti: haeritantibus reliquis, Tutola seu Philotis ancilla Ro- mana hoc dedit consilium, ut sese aliaque formosas ancillas



A habitu virgineo & liberali indutas in castra mitterent pro ingenuis. Atque si signum ipsa face daret, Romani adorientur armati vino somnoque sepultos hostes. Id quod factum est, Philote facem ex caprisco exerente, stragulis & tapetibus tergo objectis, ut lumen hostem falleret. *Plut. in Camillo, & Macrob. l. 1. Satur.*

Nexa & Churmione, Cleopatra ancilla, spontaneam dominæ mortem secuta, suis gladiis se confoderunt. *Plut. Latris ancilla Cynthia. Proper. l. 4. Epigr. Deliciae meæ Latris, cui nomen ab usu est.*

Thermis à serva Italici generis, à Phraate Parthorum rege ob pulchritudinem adamata, regina Parthorum constituitur. *Ioseph. l. 18. c. 3. Antiq.*

Cyressis ancilla Carinæ. *Ovid. l. 2. Eleg. Comere sed solas digna Cyressis deas.*

Proconesia ancilla ejusdem diei coitu alterum domino similem, alterum procuratori ejus peperit. *Plin.*

Acme Judæa, ancilla Julæ Cæsaris uxoris, corrupta muneribus ab Antipatro Herodis filio, falsis confictis literis, Salomon Herodis sororem de insidiis accusavit. Sed re detecta, Acme à Cæsare occisa est. *Ioseph. l. 17. c. 8.*

INSOLENTES, PERFIDÆ. AGAR ancilla Abraham, postquam (Deo in lege natura de monogamia dispensante, & polygamiæ permittente) à Sara data esset in uxorem ipsi Abraham, & ex eo concepit, depexit dominam suam; quod nempe ea sterilis esset, seque concepit videret. Quare Sara affixit illam; quæ fugit à facie illius in solitudinem. *Gen. c. 17.*

Constante Imper. adhuc vivente, & Constantio insidias Athanasio viro sanctissimo struente, cum fuga sibi consulisset, apud notum quendam hominem in subterraneo & caliginoso specu, atque olim cisterna, latuit, nemine præter ancillam conscio. Quæ, quod fidelis esse videretur, ad usus necessarios ei inserviebat. Postquam autem in hoc magno studio adversarii incubere, ut virum vivum caperent, & ancilla ea, pecunia ab illis corrupta, mercede cum proditura erat, præveniens Deus insidias ei indicavit. Ita ipse aliò concessit. At illa, ut quæ contra heros suos falsa dixisset, plagas reportavit. Gravis siquidem eis constituta fuerat pena, qui Athanasium celare comperit fuissent, ut qui contra Imperatoriam justitiam, & rectam Reipub. administrationem tollerent. Multi sane eo nomine res duras fuit experti. *Nicoph. Castil. l. 9. Hist. c. 34.*

OBSEQUENS, & fidelis, plus quam credi potest, fuit Abram ancilla Judith, quæ non terribi comitari dominam suam per castra Assyriorum, & conscia eorum quæ illa moliebatur, sublecebat, eique in omnibus morem gessit. Quæ etiam egrediendi à Bethulia in castra, imposuit Ascopam vini, vas olei & polentam, & lapates, & panes, & caseum. Cumque Judith in tabernaculo Holofernis nimia ebrietate sopiti esset, ipsumque trucidaret, stetit illa ante ostium, & oblectavit: mox caput ipsius Holofernis abscissum, à domina sua accepit, & in peram immisit, ac per media castra in urbem detulit. *Judith c. 9. Io. 11. 12. 13.*

ANCILLARUM OFFICIUM. Docuit id Angelus, dum fugienti Agar apparuit, quæ prima Angelica visio fuit, dicens: Agar ancilla Sarai, unde venis, aut quò vadis? eaque respondente, A facie Dominae meæ ego fugio: ille, Revertere ad dominam tuam, & humiliate sub manu illius. Sapum & verè Angelicum consilium ancillis immorigeris & dycolis dandum. *Gen. c. 17.*

CONSULE Tit. Servorum. Vbi multa quæ ad hunc locum mutata sexu referri possunt, tam de officio servorum erga dominos, quam & contra dominorum erga servos.

ERGA ANCILLAS DOMINARUM OFFICIA. Quomodo domine erga ancillas se habeant, consilium S. Ioan. Chrysostr. & crudelitatis erga easdem puniit.

Mulier quædam Christiana, memini, jam annos supra vii. profluviu patiebatur sanguinis. Contubernalis vir ejus, ut qui anxiam ageret curam pro ejus curatione, multa jam insumpserat in medicos, nec quicquam evaluit efficere. Eadem cum audisset, quæ per B. Jo. Chrysostr. Deus edidisset signa, obsecrabat virum suum, ut se traduceret ad illum: credebatur enim, tamen sum indigna, quæ cernam Angelicam

ejus effigiem, at certe novi, quia non me à se rejiciet, neque abominabitur me peccatrice, exemplum imitatus communis omnium Domini, qui à se nequaquam dispulit simili vitio obnoxiam, sed facta similitudine vestimenti sui sanantur restituit. Hujus igitur viri cum jumento imposuisset, ducit ad monasterium; & relicta ea extra januam, una cum ipsius comitibus ingressus ad Joannem projecit se ad pedes ejus dicens: Pater, auxilium sis nobis apud Deum. His dictis, causam exposuit adventus. Tum Joannes, exultatione facta de tanta potestate sibi data, & allatis causis, cor Deus homines percutiat, dixit: Dic uxori tuæ, finem ut imponat impudenti suæ voluntati; desinat à præfracta & contumaci temeritate, qua erga ancillas suas usa est, agnoscat se esse ejusdem cum eis naturæ, & ex eadem conspersione sive masculinitate, tamen in præsentia vita domina earum vocetur: impleatque omnia demolitur ac dissolvit, factaque repente in impressione, utramque (dominam & ancillam) exequatur. Dic rursus, ut sedulo citam obeat anime propriæ, sollicitè incumbens referendis pauperibus & egenis. Observe præfinitos, & expressè statutos dies sanctorum ac venetabilium jejuniorum. Iisdem diebus ne se contamine per ingluviem immodicam, fed in sancta Dei Ecclesia vacet orationi. Quòd si hæc audieris & observaveris, Deus quoque vires suggeret & sanitatem. Vir autem hæc omnia reuocavit uxori. At illa laxata voce ait: Pater sancte, tua hæc cum primis honoranda, & quæ Deum nihil dedecet, præcepta omnia observabo ad extremum usque vite halitum. Reversus ad sanctum vir ejus dixit: Ecce, Pater, condixit, quæ à tua sanctitate iusta sunt ei, omnia te facturam. R. Reliquum est, ut ne nos averteris, ut ne excidamus aut frustremur percepta spe nostra et usque humilitati. Tunc respondens B. Joannes dixit: Perge in pace. Dominus noscitur Jesus Christus sanabit eam à tormento, quo cruciatur. Eadem hora festi sanguinis profluviu, sensuque sibi esse restitutum sentit. Cumque gratiarum actionem exolvisset, qui cum ea erant, univèri receperunt se in domos quæque suas cum gaudio magno, publico præconio protestantes beneficia, & admittibilia Dei opera eque facta per sanctum servum suum Joannem. *Greg. Archiep. Alex. in vita S. Io. Chrysostr.*

ANCILLARUM FESTUM. G. Romæ fuisse celebratum festum ancillarum septimonas Julii, auctor est *Maer. l. 1. Saturn.* Eoque Matrone sacrificabant Junoni, in gratiam ancillarum, quæ illo die singulare beneficium præstiterant Reipublicæ, detegendo quasdam insidias. Ob ejus meritiu festivitate illa decoratae eas Romani. Quo modo Bruxella in Belgio, mense Januario, celebratur magna civium exultatione festum Matronarum, quod vocant Veiperam muliercularem: quando mulieres in viros suos velut prærogativam regiminis usurpant: idque ob memoriam cujusdam beneficii per eas præstiti maritis, in avertenda publica seditione, prout quidam seniores narrant.

Androgyni. Qui nonnullis Hermaphroditi.

Anno Salut. 1461. in urbe Lytquo Scotiæ, Androgyna H quædam herilem filiam in eodem lecto cubantem prægnavit. Camque matrone indignarentur, simplicem omnisque doli expertem puellam ita deceptam, acculata apud magistratum, viva mulata est. *H. Boet. l. 8.*

Vocant etiam Androgynos, *Simplicius, de medicis, de præpar. Simplicius.* In maribus id fit tribus modis, cum in petineo, sive intersemineo muliebre pendendum exiguum videtur; cum itidem in seroto, sed nullo excrementi profluviu: cum ibidem, exeunte lotio. In feminis unico, cum penis supra genitalis fastigium, in clitorio & ima pube præminet. Addunt quidam in maribus, cum supra colis radicem muliebris natura extat: in feminis, cum penis ad inguina vel in petineo profertur. *Dalechampius in Plin. l. 7. c. 3.*

Vide de Androgynis enigma, sub Tit. Enigmatum; ex Carminibus Virgilio adscriptis.

Angelus. DEFINITIO & ETYMOLOGIA.

ANGELUS Græca dictio est ἄγγελος, nuncius dicitur, ἄγγελος etiam nuncio est. *Hebr. Maleach*, id est, nuncius, *Censet Scalig.* Angelum dici à Persica voce *Angar*, quæ cursorum & nuntium significat, mutata K, in L. Angelus autem nuncius appellatur, quum à Deo veluti judiciorum vel misericordiarum executor, vel malus, vel bonus spiritus mittitur.

Unde *David Psal. 103.* Qui facis Angelos tuos spiritus, & ministros tuos flammam ignis: quem locum etiam adducit *Paul. ad Hebr. c. 1. v. 7.* Quod sic exponunt nonnulli: qui Spiritus facis tuos Angelos, id est, nuncios, idque velocissimos & efficaces tanquam ignes: alii verò sic, qui faciunt Angelos suos veloces inquit spiritus, id est, ventorum, &c. Unde *Chaldaeus* verit. Qui facit nuncios suos veloces sicut spiritus, & ministros suos fortes sicut ignis.

ANGELI NOMEN, NATURA, ET COGNITIO. Angelus nomen est non naturæ, sed officii. Nam sancti illi caelestis patriæ spiritus, ait magnus *Gregor. hom. 34. in Evang.* semper quidem sunt Spiritus, sed tunc solum sunt Angeli, quando per eos aliqua nuntiantur. Unde *Psalm.* Qui facis Angelos tuos spiritus. Hi ergo qui minima nuntiant Angeli: qui summa, Archangeli dicuntur. Græca enim lingua ἄγγελος nuncius, ἄρχαγγελος summus nuncius appellatur. Ideoque Angelus ille qui verbi divini Incarnationem venerat nunciare, Archangelus fuisse dicitur.

Eit autem Angelus substantia creata immaterialis, incorporea, invisibilis, incorruptibilis, & spiritalis, intellectus peripicax, & voluntate pollens. Ex quo sequitur, Angelum non nisi habere duas potentias naturales, scilicet intellectum, & voluntatem.

*D. Io. Damascen.* ita Angelum definit: Angelus est substantia intellectualis semper mobilis, arbitrio libera, incorporea, Deo ministrans, gratia, non natura immortalitatem suscipiens: cuius substantiæ speciem & terminum solus qui creator est novit. *Lib. 3. c. 4.*

Angelus triplici modo res cognoscit. Per species inditas, insulas, prout in propria natura consistunt, & dicitur cognitio vespertina. Per cognitionem in verbo, & dicitur cognitio matutina. Eaque iterum est duplex: una naturalis, qua cognoscunt verbum per ejus similitudinem in eorum natura relucentem: eamque habuerunt primo creationis instanti: altera gloriæ, qua cognoscunt verbum per essentiam, & non per similitudinem. Sicut autem hæc cognitiones per media sibi invicem subordinata, quorum unum perficit aliud, adeoque non repugnant, quòd sint simul. Alius modus cognoscendi est per revelationem.

MOTUS LOCALIS. Angelus, cum sit immaterialis & indivisibilis, non occupat locum, nec proprie movetur motu locali, nec circumferitur loco: licet esse possit in loco per contactum virtutis, sive per operationem. Fit autem ille contactus per applicationem cognitionis loci, & operationis, ac voluntatem efficacem operandi. Unde dicitur esse in loco definitivè, ita ut quando est in uno, non censetur esse in alio extra sphaeram suæ activitatis.

DURATIO. *Isidor.* de summo bono ait: Angeli sunt natura mutabiles conditi, sed facti contemplatione immutabiles, animo impassibiles, mente rationales, stirpe æterni, & beatitudine perpetui. Cum enim sint immateriales, non subjiciuntur temporis continuo, neque mensurantur eo, sive quoad essentiam, sive quoad operationes: sed quoad essentiam suam mensurantur ævitate: (dicitur namque ævitas, quæ licet principium habeat, sine tamen catet) quoad operationes verò, tempore discreto.

ILLUMINATIO. Illuminatio in Angelis est manifestatio veritatis, secundum quòd habet ordinem ad Deum. Fit autem per impressionem alicujus similitudinis, sive speciei, aut alicujus creati in intellectu Angelico. Et dicit *S. Dionys. de caelesti Hierarchia*; quòd Angeli inferiores illuminantur à superioribus, idque loquendo.

LOCUTIO. Locutio Angelorum est simplex manifestatio conceptuum intellectus & voluntatis, quæ fit, quando inferior Angelus *L. B. Theaur. vit. Human. Tom. I.*

convertitur ad superiorem, & vult, quòd superior cognoscat, aut videat cogitationes, & volitiones suas: quòd nisi veller, nullus, Deo solo excepto, eas videret. Loquuntur etiam Deo, non per manifestationem alicujus, quòd prius erat occultum: nihil enim potest Deo esse occultum; sed per conversionem, ordinando se in Deum, ad modum quo in humanis discipulis loquitur magistro. *D. Greg.* ait: Angeli loquuntur Deo, cum per hoc quòd super semetipsos respiciunt, in motum admirationis surgunt.

NUMERUS. Angelorum immensam multitudinem esse constat ex illo *Danielis*, *Milia millium ministrabant ei, & decies centena millia adstebant ei.* Unde & *Dion. de Caest. Hierarch. c. 9.* Multi sunt beati exercitus supernarum mentium, infimam & adstrictam nostrorum materialium numerorum commensurationem excedentes.

ORDINATIO ET DISTINCTIO: UBI DE HIERARCHIS ET ORDINIBUS. *Dion. c. 6.* Cælestis Hierarchiæ, adfirmat, Angelos à principio suæ creationis fuisse ordinatos, & distinctos in tres Hierarchias: & quamlibet Hierarchiam in tres gradus, sive F ordines, vel choros.

Hierarchia, idem est quòd facer Principatus: & includit principem, & multitudinem sub principe. Tres autem hæc Hierarchiæ sunt velut tres modi recipiendi illuminationes.

I. Hierarchia recipit immediate illuminationes à Deo: & habet tres choros. Primus est Seraphin: quòd nomen impositum est ab excessu charitatis. Unde Angeli hujus ordinis reliquos præcellunt charitate.

Chorus II. est Cherubin: ab excessu scientiæ ita vocatus, qua Angeli hi reliquos præcellunt.

III. Chorus Thronorum, & habent hanc excellentiam super inferiores, quòd in Deo recognoscant immediate rationes divinarum operum. Etque hoc commune omnibus Hierarchiis, quòd excellentia inferioris continetur in superiori, non è conversò.

II. Hierarchia est multitudo eorum, qui recipiant revelationes, sive illuminationes immediate non à Deo, sed ab Angelis superioris Hierarchiæ. Chori hujus Hierarchiæ sunt Dominationes: & Angeli præcipiunt agenda: quòd est do D minorum.

Alter Chorus est Potestatum, quorum munus est ordinationem designare: juxta illud, Qui potestati resistit, divine ordinationi resistit. Ordinant igitur hi actiones divinas, quas superiores agunt in inferiores, eas sursum duendo.

Chorus III. Hierarch. secundæ, est Principatum, quasi illorum, qui primi sunt in executione eorum, quæ imperantur.

III. Hierarchia est inferiorum Angelorum, qui illuminantur à superioribus, & per quos illuminantur homines, ad quorum salutem Angeli ex hac Hierarchia mittuntur: qui tamen à superioribus Angelis illuminantur: eoque sensu omnes dicuntur ab Apostolo, administratorii Spiritus. Primus Chorus hujus Hierarchiæ est Virtutum: qui importat excessum fortitudinis ad divinas operationes. Unde per eos curantur infirmitates, &c.

II. Chorus Archangelorum est, quorum munus est nuntiare ea, quæ sunt majoris momenti: suntque velut principes inferiorum Angelorum. Ita legitur de Michaele, & Principe Periarum.

III. Ordo Angelorum est, qui nullam excellentiam supra communem manifestationem habent. Eorum autem munus est minima nuntiare, & curare, quæ ad salutem hominum pertinent.

*S. Dionys.* censet, quattuor primos ordines supernorum Spirituum tempore Deo assistere, unde eos vocat assistentes, reliquos verò ministrantes dicit, quòd ad omne ministerium mittantur. Ita ille *Caest. Hierarch. c. 8. & 13.* quamvis alii omnes omnino Angelos à Deo mitti arbitrentur. Videatur *S. Th. 1. p. q. 112. art. 4.*

NOMINA. De his ita *Greg. hom. 34. in Evang.* Angeli idcirco privatis nominibus censentur, ut signetur per vocabula, etiam in operatione quid valeant. Michael namque idem est, quòd quis ut Deus. Gabriel fortitudo Dei. Raphael verò dicitur medicina Dei. Unde quoties miræ virtutis aliquid agit, Michael mitti perhibetur, ut detur ipso nomine intelligi, quia nullus facere potest, quòd facere prævalet Deus. Unde & *Dux Cælestis*, & pop. fidelis habetur. Ad Mariam quoque Gabriel mittitur, *D d 4* qui